



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt V. Idem. (a) eidem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

Augustini viventes. Habent autem Priorem ad quem dicitur dicitur Canonice pertinet eligere Patriarcham, quae illi loco Abbatis. In Ecclesiis autem Templi Domini, & Montis Sion, & Montis Oliveti, sunt Abbates, & Canonici secundum regulam praedictam Beati Augustini Domini ministrantes. Et ex Philippo Novariensi lib. 3. chron. cap. 14. ibi: Habet insuper praedictus Patriarcha, Abbates, & Priores sibi subiectos, insignia Pontificalia, baculos, & mitras, annulos, & sandalia ex privilegio dignitatis habentes. Domino Patriarcha in ministerio reverenter assistentes: Patriarchatus siquidem Ecclesia Domini Sepulchri sub Monte Calvario Canonicos habet regulares, secundam regulam, & habitum Beati Augustini viventes: habent autem

Priorem, ad quem cum praedictis Canonice pertinet eligere Patriarcham. Et temporibus Godofridi, qui Hierosolymam de manibus Saraceno- rum recuperavit anno mto. instituta, ibi seu restaurata fuit Congregatio Canonico- rum Domini Sepulchri, ut late refert Pennotus dicto lib. 2. cap. 67. per totum. Ex quibus apparet, recte Alexandrum III. in praesenti decrevisse, Patriarcham ipsum Hierosolymitanum caput esse, Canonicos vero sancti Sepulchri membra, & atque ideo illis inconfultis non debere: Patriarcham Ab- bates, & Abbasas in monasteriis ipsius Con- gregationis instituire, seu destruire, caeteraque eis disponere.

## CAPVT V.

Idem. (a) eadem.

**Q**uanto maiori dignitate, dante Domino praemines, tanto decet amplius, & oportet te in omnibus eam diligentiam, & gravitatem habere, qua omnia videaris sine nota, & reprehensione peragere, & laudabiliter in iuncta tibi sollicitudinis officium dispensare. Audivimus autem, unde mirati sumus, sicut mirari merito poteramus, quod in concessionibus, & confirmationibus, ommissis Canonice Ecclesiae tuae, consilium clericorum, & laicorum circa te commemorantium, qui non sunt de corpore ipsius Ecclesiae, interdum, immo saepe requiris, & in eisdem concessio- nibus, & confirmationibus iuxta eorum consilium, & voluntatem procedis: & in privilegiis etiam, quod tuam prorsus dedecet honestatem, ad maiorem auctori- tatem, & certitudinem nomina fratrum tuorum, qui absentes fuerint, tanquam si praesentes fuissent, facis subscribi. Quia igitur non decet prudentiam tuam in negotiis tibi commissis Ecclesiae consilium fratrum tuorum postponere, cum quibus unum existere comprobatis: f. t. per A. f. p. m. quat. in concessionibus, confirmatio- nibus, & aliis ejusdem Ecclesiae negotiis fratres tuos requiras, & cum eorum consilio, vel sanioris partis, negotia eadem peragas, & pertractes, & quae statuenda fue- rint, statuas, & errata corrigas, & evellenda disipes, & vellas. Nec absentium fra- trum nomina inscribi aliquatenus facias, quia talia monumenta irrita sunt, & falsa; & tu exinde quaestionem falsi poteris non immerito formidare. Nos enim universa pri- vilegia, in quibus absentium fratrum nomina ipsi ignorantibus, vel absentibus subscripta sunt, vel amodo describentur, irrita esse decernimus, & nullius firmitatis robur habere censuimus.

### NOTÆ.

(a) Idem eadem. Alexander videlicet III. Pa- triarcha Hierosolym. ut in textu antea- denum, qui ad eandem tractationem spectat;

hec scio quo fine eadem Decretalis in duas partes secaretur a Compilatoribus, ut in alia Innocentii epistola fecerunt, relata in cap. cum contingat 29. & sequenti, de decimis.

## CAPVT VI.

(a) Coelestinus III.

**E**anoscitur. Et infra: Ex tua siquidem nobis est parte propositum, quod cum in provincia tua saepe contingat, ut ad Ecclesias, in quibus (b) collegia jus repraesentandi noscuntur habere, eorum Abbates, aut per se, aut per (c) litteras suas per- sonas idoneas dicecesanis Episcopis repraesentent: quibus repraesentatis postmo- dum, & receptis, aliquando (d) postea contradicunt monachi, seu alterius Ordinis collegia, & reclamant. Super quibus aperto quaeris certificari responso, utrum insti- tutio jam facta, vel adhuc facienda, propter huiusmodi debeat impediri. Ad quae tibi